APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

14994

950 14

Ann. XVI. ROMAE, Mense Septembri MCMXIII Num. IX.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ante solvendum et recto tramite mittendum **ad Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis* ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, Sacro Purpuratorum Senatui, Romanae Curiae aulicisque pontificiis distribuenda.

Pro Sociis qui *libellas octo* pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice cusis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris referentibus prouti in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expresserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Constantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam.* — Si quis omnes cupiat, mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui *lib. quadraginta quattuor* miserint, *Vox Urbis gratuito conceditur;* ii enim *Novum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositiones reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo *zigrino* conglutinatum, foliorum sectione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario gratuito etiam a praelaudata editrice domo « Proprium Dioecesis » cuiusque religabitur, si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemisso, uti par est, « Proprii » eiusdem pretio.

Ann. XVI. ROMAE, Mense Septembri MCMXIII. Num. IX.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

Rerum index:

Sociis monitum.
De Seminariorum studiis notulae.
In Virginem Nascentem
De Heinio, Germaniae poëta.
De Leone XIII P. M. Commentarius.
De aulaeis, quae vulgo « arratia » nuncupantur.
Quaestiones philologicae. Unde eadem vocabula cum « in » composita, modo positivam, modo negativam significationem habeant?
Colloquia latina. Pecunia petitur; mutuo datur.
Paroemiae sive Adagia. Sero sapiunt Cumani. — Quid, si caelum ruat? — Suam ipsius umbram metuere. — Nimium tendendo, funis abrumpitur. — Momo satisfacere. — Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Flamma fumo est proxima.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione de Religiosis. — Ex Congregatione Rituum.
Diarium Vaticanum. Coram SSmo. admissiones. — Pontificiae electiones.
Annales. Pax inter Balkanicos populos composita. — Mexicanum cum Septentrionalis Americae civitatibus discrimen. — Sinarum civile bellum.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Libri recens dono accepti.
Aenigmata.
Appendix: (Ad Romam).

SOCIIS MONITUM

Plures socii sunt, quemadmodum ex actis nostris apparet, qui nondum currentis anni subnotationis pretium solvērunt; quin imo nonnulli, in quos cum pretio superioris anni in solidum sit quoque appellatio.

His omnibus, qui commentarium diligenter et continue missum retinuerunt, meminimus, ipsis pecuniam quasi creditam a nobis esse, cuius restitutio debeatur; eoque magis quod haec VOX, non litterarum tantum, sed omnis humanitatis vindex, nullo emolumento fulciatur, nisi favore et collata stipe sociorum; quae si defecerint, et ipsam deficere oportebit.

S. E. R.

DE SEMINARIORUM STUDIIS NOTULAE

Revertamur ad fontes!

Anceps ac salebrosum iis iniungitur obire munus, quorum curae « in sortem Domini vocatos, » ad tantum ministerium et virtutis et doctrinae ornatu quam plenissime instruere commissum est ac demandatum. Puerulus enim intra sacra moenia detrusus, tenellam illam aetatulam ceteramque insequentem illo loco, illis in scholis, in illa umbratili politiorum litterarum divinarumque disciplinarum palaestra aetatem agit, suosque mores ita componit, ut ex auditore, suo tempore, in praeceptorem vel animarum ducem suffectus, sedulam navet operam, ut illud quod a maioribus acceperat minoribus cum foenore reddat. Quo fit ut viri iam adulti animus non abalienatus ab illo sacro contubernio, ea semper erga Seminarium fide se gerat, constantia, pietate, quae liberorum est in amantissimam parentem.

Magnum equidem opus adulescentum fingere mores; sed longe maximum, sacerdotalem vitam effingere!

Fuit quoddam tempus felicissimis exorientis Ecclesiae primordiis, fuit beatissimum tempus, quo illius fundatores et administri una simul cum vocatione, atque electione caelitus facta scientiam quoque sacrosanctis mysteriis capessendis, peragendisque consentaneam et opportunam acciperent divinitus atque auspicarentur. Affluentissimo Spiritus Sancti illapsu perfusi, sub tanto caelesti magisterio ex indoctis protinus doctissimi, ex rudibus extemplo eruditissimi, atque ex discipulis statim orbis terrarum magistri ob repentinam illam omnigenae spiritualis scientiae infusionem et communicationem evadebant. Quibus etiam tamquam pedissequa ancillabatur miraculorum virtus, ut pervicacia ingenia quae scientia apostolica non revinceret, portentorum monstra frangerent et edomarent.

AD ROMAM

12)

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

OCTAVIUS.

Sum Christianus equidem,
Et ipse fortior divino auxilio,
Fatebor alte coram vobis, iudices!

MUTIUS.

At imperator... punit vos sententiis
Magis ne fundatur Christi perversitas.

OCTAVIUS.

Christi perversitas? Vobis ignoscat Deus!
Iesu quid castius, quid purius, sanctius?
Deos vestros stulte quos vos colitis,
Quos foedos omnibus scitis criminibus,
Asperno maximis verbis et spiritu.

MUTIUS.

Quam si vitam vis salvare, et liberum
Domum redire... oportet contemnas Iesum
Colis quem stulte! Tibi quid hoc prodest?

I. SACERDOS.

Novam relinque legem, quam vos docuit
Magister ille venit qui de Solimis,
Suo qui meruit damnari crimine.

OCTAVIUS.

Dicam liberius, quamvis paene puer.
«Suo» dixisti? Dic «nostro» potius.
Eramus omnes saucii criminibus,
Et ultro lapsi, misere, in ira Numinis.
Erat sors tristis vivens et post funera.
Poetae nostri, qui erravere turpiter,
Haec vera passim nos fecerunt monitos.
Adest salus nulla; labendum in baratrum!
Dabit quis mercedem salvandis fratribus?
Quis exsules duxerit laetos in patriam?
Fuit sed ipse qui redemit sanguine.

MUTIUS.

Alumnos quaerit.

I. SACERDOS.

Nos Christianos autumat.

OCTAVIUS.

Quod ignoratis vos iniuste temnitis.
Sic olim celeber pro Roma Curtius
In foveam vitae non avarus cecidit.
Quis audet illum incusare crimine?
Iesus colendus est omnibus gentibus,
Suum qui prodigus profudit sanguinem.
Laetor puer Christi cultum defendere
Mori paratus duris et cruciatibus.
Et esse Christianum, mens iam praesagit
Mihi, qui venerint, dicent, historici,
Agant qui fortiter, patiantur duriter!

MUTIUS.

Lubet quam, iudices, ferri sententiam?

I. SACERDOS.

Et hic qui audacior iudicium provocat?

II. SACERDOS.

Diis placandis est mactanda victima!

OMNES.

Deos adora, ni velis plecti gladio!

OCTAVIUS.

Adoro Christum, veneror suaviter;
Nec praeter ipsum venerabor in posterum.

OMNES.

Tenax eris?

OCTAVIUS.

Quin pertinax, ad sanguinem!

I. SACERDOS.

Necem tibi petulans imputabis, puer!

OMNES.

Adeste ferris, taedis, vos sacrificuli...

OCTAVIUS.

Adoro Christum! Veneror!
(*Interea captivi qui chartulam legerunt, gestientes laetitia, elata voce concinunt*):
Deus cras mittet redemptionem populo
Erunt et omnes concaptivi liberi
Contritus laqueus liberati sumus.

I. SACERDOS (*Exaudiuntur diversae voces*)
Qui strepitus?

OMNES.

Quid huc profani turbatim introeunt?

(*Ad proximum numerum*).

I. B. FRANCESIA.

149904

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XVI. Romae, Mense Octobri MCMXIII Num. X.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Condidit ARISTIDES LEONORI eques

Possidet atque administrat SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28. Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame